

VI.

Præterea conventum est, quod si quis Lapsus, aut Error alterutrinque admissus fuerit à quovis Navarchâ, Interprete suo, five Negotiorum Gestore, vel aliis Ipsi inservientibus, in peragendâ Notificatione, seu Declaratione Mercium, quæ Navi suâ vehuntur, ob talem defectum, modo de Fraude manifestè non constiterit, neque Navis, neque ejusdem Onus Confiscationi subjacere possint; quin Bona, quæ ita Navarchæ Indice, vel Declaratione omissa fuerint, Proprietariis liberum erit recipere, solutis modò, secundum Censum in Tabulis designatos; Vectigalibus usitatis; neque Mercatores, neque Navarcha eâ de causâ, vel dictis Bonis, vel aliâ quavis poenâ mulcentur, dummodo dicta Bona ita prætermissa, ante factam super iisdem Declarationem, & soluta Telonia, in Terram non fuerint exposita.

VII.

Cumque Navis, & Navarcha, & Mercium Qualitas, è Literis ejusmodi Maritimis & Certificatoriis sufficienter appareat, Navium Bellicarum Præfectis fas non erit ulla alias Verificationes, quocunque sub Titulo, exigere; sin autem Navis aliqua Mercatoria caruerit ejusmodi Literis, five Maritimis, five Certificatoriis, poterit tunc quidem Examinari per Judicem Competentem, ita tamen ut si ex aliis Indiciis & Documentisprehendatur reverà pertinere ad Subditos alterutrius Fœderatorum, nec ulla continere Merces vetitas, ad hostem alterius destinatas, in Confiscationem cadere non debeat, sed etiam unâ cum Onere relaxetur, ut Iter suum persequatur, cum sæpè accidere possit ejusmodi

VI.

It is further agreed, That if any Mistake or Error shall on either side be committed by any Master of a Ship, his Interpreter, or Factor, or by others employed by him, in making the Entry or Declaration of the Goods on Board his Ship, for such defect, if so be some Fraud does not evidently appear, neither the Ship nor the Lading thereof shall be subject to be confiscated, but it shall be free for the Proprietors to take back again such Goods as were omitted in the Entry or Declaration of the Master of the Ship, paying only the accustomed Duties according to the Rates settled in the Books; neither shall the Merchants, or the Master of the Ship lose the said Goods, or suffer any other punishment, if so be that the said Goods, so omitted, were not brought on Shore, before the Declaration made, and the Customs paid for the same.

VII.

And whereas the Quality of the Ship, Master, and Goods, will sufficiently appear from such Passports and Certificates, It shall not be Lawful for the Commanders of Men of War to exact any other Verification under any title whatsoever. But if any Merchant Ship shall want such Passports or Certificates, then it may be examined by a proper Judge, but in such manner as if it shall be found from other Proofs and Documents that it does truly belong to the Subjects of either of the Confederates, and does not contain any Prohibited Goods, designed to be carried to the Enemy of the other, it shall not be liable to Confiscation, but shall be released, together with its Cargo, in order to proceed on